



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Conradus Gratserus n. 39

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Ita apud Serar. Tom. 3. Opuscul. de Lutheri Magistro lib. 2. cap. II.

39. A CONRADO GRATSERO Insigni Hæresarcha : Iesuitæ (inquit) subtilitate, & acumine plus alijs valent : & sunt quasi extraordinarij, & Priuilegiati Papæ defensores. Sic apud P. Becan. Tom. 3. Opuscul. Theolog. in examine Plagæ Regum cap. 4. num. 41.

Extraordi-
narij Papæ
defensores.

40. AB AVGVSTANO, Qui inter varias sectas adscripsit, Canissianos, siue Iesuitas : Hosque (aiebat) inuento quorundam Cardinalium editos ad excitandum Regnum Papisticum, alioqui iam penè collapsum. Sic Par. 2. Hist. Societ. lib. 1. n. 108.

Editi ad
excitandū
Regnum
Papisti-
cum.

41. A VALLIS TELLINÆ Hæreticis Nostrorum expulsionem inde statuentibus sequenti decreto : Iesuitæ ex vniuersa Grifsonum ditione, vt qui hostes Euangelij nostri sint, quàm primum pedem efferant. Ibid. lib. 5. n. 103. Et lib. 7. n. 54. Alios video Hæreticos palam profitentes Pati non posse Euangelij sui cursum Iesuitarum obiectu retardari.

Hæretici
Euangelij
pestis.

42. A IACOBO Britania Rege Hæretico Schismatico, qui Societatis Alumnos dicebat esse Ranunculas pro Pontifice coarctantes. Probrum satis nobis perhonorificum. Ita apud Suar. Tom. de defensione fidei lib. 5. cap. 20. n. 7.

Ranuncula
pro Ponti-
fice coar-
ctantes.
Apoc. 16.
13.

43. A DORDRACENO Consule Siluaducensi, qui postquam interfuit Nostrorum Catechismo palam professus est, Societatem docendæ iuuentutinatam esse, & per solas Patriæ leges stare, quo minus suos ipse liberos in disciplinam nostram traderet. Ita apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 6. fol. 770.

Societas
docendæ
iuuentuti
nata.

44. A LVCÂ GORCÂ Palatino, qui homo erat extra hæresim minime malus : hic dum Hæreticum Ministrum adhortatur ad vitam componendam, quo posset non industria solum, verum etiam auctoritate sustinere Iesuitarum impetus : ac leuiter increpat, ipsorum iubens intueri Iesuitarum exemplum, asserens, illos Angelicam vitam in terris ducere. Sic Par. 3. Hist. Soc. lib. 7. n. 48.

Socij An-
gelicam
vitam in
terris du-
cunt.